

Spermatis ceti p. drachmas sex,
Ceræ albæ p. drachmas duas.

L E N I igne simul liquefacta assidue et acriter move, donec penitus refrixerint.

LINIMENTUM SAPONACEUM.

R. Spiritus rorismarini p. libram unam,
Saponis duri Hispanici p. uncias tres,
Camphoræ p. unciam unam.

D I G E R E saponem in spiritu rorismarini, dum solutus sit; deinde adde camphoram.

LINIMENTUM TRIPHARMACUM.

R. Emplastri communis p. uncias quatuor,
Olei olivarum m. uncias quatuor,
Aceti m. unciam unam.

C O Q U E leni igne, assidue movens, donec linimenti crassitudinem habeant.

LINIMENTUM VOLATILE.

R. Olei amygdalorum m. unciam unam,
Spiritus salis ammoniaci p. drachmas duas.

A G I T E N T U R simul in phiala patuli oris, donec perfecte coéant.

C E R A T A.

CERATUM ALBUM.

R. Olei olivarum m. uncias quatuor,
Ceræ albæ p. uncias quatuor,
Spermatis ceti p. unciam dimidiam.

LIQUESCAN^T omnia simul, et bene moveantur, donec ceratum penitus refixerit.

CERATUM CITRINUM.

R₂. Unguenti basilici flavi p. libram dimidiam,
Ceræ flavæ p. unciam unam.

S I M U L liqueuntur.

CERATUM EPULOTICUM.

R₂. Olei olivarum m. libram unam,
Ceræ flavæ,

Lapidis calaminaris præparati, singulorum p.
libram dimidiam.

LIQUEFIAT cera cum oleo, et, simul ac mixtura lentescere incipit, insperge lapidem calaminarem, et bene move, donec ceratum penitus refixerit.

CERATUM MERCURIALE.

R₂. Ceræ flavæ,

Axungiæ porcinæ curatæ, singulorum p. libram dimidiam,

Argenti vivi p. uncias tres,

Balsami sulphuris simplicis p. drachmam unam.

C E R A M cum axungia liquefac, tum gradatim adde argento vivo cum balsamo sulphuris trito.

E P I T H E M A T A.

EPITHEMA VESICATORIUM.

R₂. Cantharidum in pulverem tenuissimum redaturum,
Farinæ tritici, pondera æqualia,

ACE-